



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**



& internuncios resciret, bono esse animo jubet, ac ne concilium suo discessu destituerent, hortatur, se cuncta Germaniæ quieti necessaria procuraturum. Interim sub gravissimis pœnis, ut à violentiis abstinerent, mandat. Sed Albertus Norico-Brandenburgicus damna continuat, Eichsfeldiam † & Erfordiæ pagos miserabiliter depopulatur, usque dum res cum Mauritio & Cæsare in bellum erumperet, ac distraherentur arma, partim etiam in miserabiles civitatis † Morguntia clades verterentur. \* Civitas in his periculis munimentis intenta, passim ea tum reficit, tum emendat. Fossam ad Vallum retrò Carthusiam multo latiorrem effodit, nova signa civibus distribuit. Mox lites quædam inter Urbem † & Fridericum natum Electorem Saxonie componuntur: ille Rudelstadium † prope lacum Cygnicum ante annos octodecim occupatum Urbi restituit, è contrà duorum Monasteriorum Georgivallensis, & Reinhartsbornensis curias in Urbe sitas à Senatu accipit. Dicta cœnobia inter territorio Friderici sita jam olim sibi tribuerat, hinc & hæc prædia in alio territorio præterendit. Rudelstadii restitutio non serio facta, quippe brevi denuò ex prætextu quasi Erfurtenses viam regiam violassent, rescissa est.

\* Cum post hæc de pace Religionis stabilendâ Passavii tractaretur, sollicita †

*Pagos & Eichsfeldiæ depopulatur.*

*Munimenta reparant Erfurtenses \* MDLIII.*

*Transactio inter Saxonem & urbem.*

*Rudelstadii majus restituit Saxo sed sine effectu.*

\* MDLV.

XXIX.

*Urbs de Albert. religionis sollicita.*



de Religionis exercitio civitas multis apud Saxones egit, movere Cæsarem velent, ut de eo sibi nominatim caveretur. Auctus timor cum publicatis pacis legibus immediatos solum imperii itatus in iis comprehendi videret. Iterum Saxones interpellat, & protectionis tot annuis pensionibus emptæ monet. At Moguntinus ne quid iniquius contra se, quam reliquos Imperii proceres statueretur, impedit. Sic frustrati spe suâ Erfurtenfes, tandem (a) ad confictam Ferdinandeam declarationem confugiunt. Attamen in Academiâ cœpit Religionis mutatio: hætenus Lutherani ab illa exclusi, atque hæc de re lis eam penè divulserat: juridica facultas annis quatuordecim extincta jacuit, diutius aliæ: tandem prævalente istorum potentiâ, non sacrorum, nullâ ritûs habitâ ratione, proceres adoptati sunt. Sola Theologica facultas primæ fidei integritatem etiam post hæc tempora eo gloriosius retinuit, quo de pluribus impetitionibus clam palam intentatis triumphavit. \* Senatus ut magis fidem novam firmaret, abrogato Augustinianorum cœtu, Gymnasium eo in cœnobio erexit, Senatorium ab Auctore nominatum.

\*MDLXI.

\*MDLXVI.

\* Secuta similtas (b) cum Saxone Vinariensi

(a) Primò omnium in comitiis Ratisb. An. 1576. cum Ferdinandus jam esset mortuus productam.

(b) MS. Chron. Erfurt.



ensi Duce † Joanne Wilhelmo, quam ut sæpius, sic iterum jus conducendi peperit; cum hoc vias regias sibi Duces arrogant. Ante portam Kremperianam, ubi suppliciiis fontes afficiuntur, furcam Moguntini officiales erigi jusserant. Saxo suâ in viâ id posse negat, & negotii momentum tanti habet, ut assumptis quinquaginta equitibus, ante solis ortum & priusquâ portæ aperirentur, ipse veniret, furcam unâ cum implexo rotæ cadavere succindi curaret.

*Saxo Vini-  
riensis ere-  
tam ad sup-  
plicia rotâ  
dejecit.*

## XX X.

Ex mandato Cæsaris Elector Saxonie tanquam superioris circuli Saxonici Capitaneus proscriptos in Gothanis munitioibus expugnauerat: Grumbachius † facta deditioe quæstioni subjectus inter alia de civitatis hujus subjugatione consilia se agitasse fassus, rebelles variis suppliciiis affecti, Dux Fridericus Cæsari missus post longos carceres obiit. Videbatur etiam publicæ salutis conducere, si deletâ arce munimenta solo æquarentur, ut & futuro conatui subtraheretur refugium, & jacentes muri à pari facinore deterrerent. Hæc omnia magnis sumptibus expediebantur. Augustus 747635. florenos erogaverat, ab Imperio, cujus nomine bellum suscepit, restituendos, † quâ de re, nec non aliis Imperii necessitatibus, ut consultaretur, Erfordiam Comitiam indicuntur. Aptamagnis conventibus civitas, utpote capax, & viciniâ desideratissimis esculentis

*Grumbachii  
in Erfordi-  
am consilia.*

*Comitia Im-  
perii Erfor-  
diæ celebrâ-  
tur.*

vili